

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 1, k. 12ra–13rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 58 § 1–5 [Gn. 56]

[58 § 1] Qui monomachaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc iudicem petere oportebit, ut se intromittere possit de uno suo pacis violatore, quod videat in presenti. Cum hoc sibi per sentenciam diffinitum fuerit, tunc {tunc} eciam in sentencia requirat, per quem modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure diffinitur \vdash proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur, curialiter per oram vestimenti. Et cum se de ipso intromittet, pronunciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum inculpare oportebit, quod pacem in eo infregerit aut in strata regia, aut [k. 12rb] in villa, quantum ifregerit, eodem modo queruletur super eum. Tunc ipsum iterum inculpet, quod ipsum depredaverit, et eam vim in eo fecerit, quam bene probare poterit. Tunc vulnus aut cicatrem demonstret, si vulnus sit sanatum. Tunc ulterius \vdash querat \vdash conqueratur, quod ipsum spoliaverit bonis suis et de ipsis sibi tanta receperit, quod bene duellum meretur. Hec tria criminalia facta omnia simul conqueratur, de quoquaque horum trium de uno obliviscitur aut tacuerit, extunc suum duellum ammisit. Tunc loquatur ulterius: tunc ipsum solum, hoc est in persona propria, ipsum solum videri, hoc in persona propria, et ipsum clamore proclamavi. Si fateri voluerit, quod diligo, et si non fatebitur, michi ipsum cum iure vincere volo, ut michi vulgus iudicaverit, aut scabini, si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisfacionem, quam sibi facere debet. Tamen vir potest suam [k. 12va] querimoniam meliorare ante satisfacionem, si voluerit. Facta satisfacione ille suam exhibeat innocenciam.

[58 § 2] Hoc \vdash ipsum \vdash est iuramentum, quod ipsum iurare oportet, et iuramentum monomachale, si ipsum iure incitaverit et si ibi fuerit, hoc \vdash est perficere si potuerit pro imbecillitate sui corporis. Quivis vir potest se a duello \vdash excu \vdash excusare illi viro, qui sibi paris condicionis fuerit non. Ille autem, qui nobilioris nature fuerit, ille preesset non potest, qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquetur etc.

[58 § 3] A duello eciam cedere potest, qui post meridiem allocutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, iudex eciam debet habere clipeum ac gladium illi, super quem fuerit allocutum. A duello eciam potest excipere suos affines, si uterque suus affinis fuerit et ita consanguinitatis [k. 12vb] {consanguinitatis} linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non possunt. Iudex eciam duos nuncios dare debet cuilibet hiis, qui pugnare debent, qui videant, ut habeant attinenciam secundum veram consuetudinem. Coreum et lines indumenta induere possunt, quantum placet.

Pedes et caput antea nude sint, in manibus cirotetas habeant, unum gladium in manum nudum et alio cinctus, aut duobus, hoc arbitrio eorum comittitur, et unum clipeum rotundum, ubi non aliud, nisi coreum aut lignum sit, nisi manutectorium, quod potest esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamenta. Eciā iudex debet indicere pacem circa collum, quod nemo eos impedit circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex unum virum habeat, qui falangam ferat, qui ipsos in nichilo impedire debent, nisi si unus ceciderit, quod falangam interponat, aut si vulneratus fuerit. Aut si falangam desiderat, hoc idem nisi voluntas fuerit iudicis, facere non potest etc.

[58 § 4] Postquam circulo pax indicta [k. 13ra] fuerit, ambo debent circulum affectare, quem ipsis iudex licenciare debet. Finalia fermenta de viginis gladiorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Et ambo ornati debent ire ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Sic ipsos adiuvet Deus ad suum duellum. Sol eciam ipsis debet dividi recte, quando primo convenientiunt. Si vincetur ille, super quem conqueritur, tunc iudicetur sentencia capitali. Sin autem vincerit, dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet ipsum vocare per preconem in illa domo, ubi se preperaverit, et cum ipso duos scabinos mittere debet. Sic citari primo, secundo et tertio, et si ad terciam citacionem non venerit, tunc querulator et ^asurgat ^asurgat, et se ad duellum exhibeat. Et percuciet statim duos ictus et semel figat contra ventum, cum eo ipse suum adversarium devicit tali^b causa sive [k. 13rb] querela, pro qua ipsum fuerat allocutus. Et iudex sibi iudicare debet ac si fuisset duello convictus etc.

[58 § 5] Sic eciam debet mortuus convi[n]ci, si in furtu aut rapina, aut in tali criminis occisus fuerit. Sin autem mortuus cum septem testibus protestare poterit, extunc a duello se non indiget exhibere contra ipsum. Sin autem alter agnatus mortui, quicumque fuerit, loco ipsius per duellum se exhibuerit, hic extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non [potest], ut superius est expressum. Sic vincetur et ille, qui ad duellum captivatus aut salutatus fuerit, aut promittit aut fideiussorie caucionem fecerit comparere et non comparuerit ad iustum responsivam.

^a podkreślone w sensie skreślenia, ręką autora podstawy; ^b przerobione z talia

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pięścian, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulcta, posiedzenie]